

REVERENDIS-
SIMIS FLLVSTRISSIMIS,
Admodum Reverendis; Illustribus, Generosis, No-
bilissimis Strenuis Viris Dominis, Florentissimi
Archiducatus Austriæ inferioris Ordinibus ac Sta-
tibus: Patronis optimarum artium ac literarum
Dominis, Dominis suis clementissimis, de-
missaque observantia ac perof-
ficiose colendis.

CUM calamum sumsi, & huic chartæ im-
pressi, & simul meam; mentem; Vobis Re-
verendiss. Illustriß Generosi Nobilissimi
Strenui ac Magnifici Domini, Dn. Comi-
tes atq; Barones Domini Mei clementes, Proceres
Austriæ patres patriæ & priores, nuncupare &
dedicare mihi visum. Cui equidem jam diu anim⁹;
Coelum illud Austriæ liceat manere in hac imagi-
ne & Vos in eo astra radiantia videre. Favor siqui-
dem & splendor Vester, quem pleno animo & ple-
no ore foris alibi & hic prædicant, mihi ansam præ-
buere. Nam sidera longè lateq; splendorem emit-
tunt; & vndiq; Illustria Austriæ sidera emicant. E-
tiam vitis jacet, nec fructum profert, nisi applici-
ta; fruges quoq; non bonitas foli tantum gignit,
sed & coeli solisq; fœtus: nec Ingenia à naturæ solo,
sed